

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Varenius Johannes Nicolaus Hartungus

**Dissertatio Inauguralis De Theologiae Usu Et Praxi in primis Ecclesiastica**

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740874314>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1672

Varenius, Aug. /d







39.

DISSE<sup>רָתִי</sup> TATIO INAUGURALIS  
*De* THEOLOGIÆ  
USU ET PRAXI

in primis Ecclesiasticâ

quam

More Majorum

pro impetrandâ LICENTIA

capessendi summum in Theologiâ gradum.

In Inclytâ ACADEMIA ROSTOCHIENS]

Ex decreto venerabilis THEOLOGORUM ordinis

PRÆSIDE

Magnifico Academiæ RECTORE

DN. AUGUSTO VARENIO, D.

Serenissimorum Ducum Mekleburg. Con-  
sistorii Provincialis Assessore & Directore, Pro-  
fessore Theologo, in hoc actu Decano,  
ad diem 4. Julii, SI DOMINUS VOLUERIT,


*in Auditorio Majore*

Inde ab horâ VIII. matutinâ, ante & post meridiem,,  
publico Examini submittet

JOHANNES NICOLAUS HARTUN-  
GUS, Ecclesiæ Raugensis in Livoniâ Pastor, in  
diœcesi Dorpatensi Ecclesiarum Præpositus & Consistorii Præses.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1672.

1672

Q.E.   
Illustri Eminentissimq; dignatione, Generoso splendore Pi-  
etatis, Eruditionis Prudentiae, Justitiae Fortitudinis, & Virtutum de-  
core, magnorumq; in Rempublicam meritorum cumulo, spectatis-  
simis Ecclesiae Raugensis in Livoniâ Parœcis Dominis Mæcenati-  
bus, Patronis & Fautoribus suis plurimum  
(suspiciendis.

DNO LAURENTIO CREUTZ, S. Reg. Majest.  
Regnique Svedici Senatori, & supremi Judicij in Magno  
Ducatu Finlandiæ Consiliario, Libero Baroni in Kassaritz,  
Domino in Ljusfälâ, Sarflax, Abberfors,  
& Nurfie, &c.

DNO ERNESTO JOHANNI CREUTZ, Regio-  
Gubernatori & Satrapæ, Arosiæ, & in Westmanniâ Libero-  
Baroni in Kassaritz, Domino in Mahlm, Tamberfors,  
& Sjundby &c.

DNO. ANDREÆ LILLIEHÖÖK, Regio-Guberna-  
tori & Satrapæ in Ost-Gothiâ Libero-Baroni in Nerpis,  
Dno. in Hendelöö Neuhausen & Klangenburg /&c.

DNO. GOTTHARDO WILHELM de BUDBERG,  
Ducatus Livonici supremiq; Regii Judicij Dörpatensis Con-  
siliario, & Equestris Cohoris Chyliarchæ in Treiden, Senaen,  
Fyhr, & Imtzeem.

DNO.

DNO. HERMANNO GORDIAN, Ducatus Livonici Consiliario Orphanorum Ephoro, supremo Ecelesiarum in districtu Pernavieni Inspector, & Cohortis equestris Majori, in Salis-Seigers, & Krüedners-Hoff,

DNO GOTTHARDO - JOHANNI de BUDBERG, Ducatus Livonici Consiliario, & Cohortis equestris Majori, in Fyhr, & Finn &c.

DNO LUDOVICO KURSSEL, Turmæ equestris Ductori VICARIO in Rauge & Jesse.

DNO MAGNO. WILHELM de BUDBERG, Militaris Cohortis Majori in Sennen.

DNO. JOHANNI FREIMAN, Cohortis equestris Majori, in Schreiberhoff / & Arendatorii in Kassaritz, Mentzen, Nursie & Lannemetz.

DNO. FABIANO de ROSEN, Cohortis equestris Præfecto, in Reikum & Rosenhoff.

DNO. OTTO - FRIEDRICH de VITINGHOE, agnominé Scheel, turmæ equestris Præfecto, in Kossâ, Koškullâ & Nicolâ &c.

DNO. HERMANNO de LIEBSTORFF, turmæ Equestris Mansionario in Rogosinski & Bentenhoff.

DNO. ULRICO RITTER, turmæ Equestris signifero, Arendatori in Schreiberhoff.

(2)

Quam

Uām prodigioso successu , monstrosa genē  
lismi seminaria , spacioa incrementa cepe-  
**Dent. VII.** **Q**rint , pusillo populi electi sodalitio, propemo-  
dum ad incitas redacto , & absorpto, horrore  
**Ez. XLII. 14.** percellit mentem , per aliquot periodos , ad primum  
usque exitum diluvianum ~~sullen~~ reciprocantem: asse-  
ritamen nihilo secūs oportet, summum Numen, qua-  
lemcunque Ecclesiam, cōtum rectē credentium, vi-  
ctimis, Sanctoque cultu , se devenerantem, sartam  
**Luc. XII. 32.** tectam jugiter servasse. Nihil illis felicior est mo-  
derna Christianorum sors , qui infinita paganorum,  
**Ez. XXV. 4.** Muhammedanorum & Judæorum multitudini com-  
parati exigui gregis instar habent , & parietis in aprico  
siti, tyrannicas tempestates subinde sustinentis, vices  
**Ez. XLIV. 5.** subeunt : Attamen cūm Spirituale Israēliticum Præco-  
**cap. 60. II.** nium nunc longè ulterius atqui olim fluat , & Christi  
pomœria ab extimis Africæ finibus capite bonæ spei,  
per utriusque Aethiopiæ regna & Egyptum in Syriam  
Phoeniciam, & in ipsis in fidelium seu Gentilium & Mu-  
**Phil. Clu- ver. Euseb.** hammedanorum regnis admodū multas Asiac regio-  
**I. I. cap. 15.** nes nec non in universam Europam , à Graciâ conti-  
**Rom. XV.** nuo tractu ad mare usque concretum , pateant, Ame-  
**19.** rica quoq; magnam partem, Christianam professionē  
**Mattb.** utcunq; non sine fermento papistico admiserit , (quo  
**XXIV. 14.** illustre πνεύμα , de ingruente novissimo die, et si illud  
principaliter non fini Orbis : sed urbis (Hierosolymarū  
scilicet) præfixum est , ad impleri certū est nil illuc mo-  
**Col. I. 6. 23.** rantibus fide denuo relapsis gentibus , potissimū Ori-  
**Rom. X. 18.** entalibus) ea propter tantò minùs hæsitandum est, ali-  
**I. Job. I. 3.** quale Ecclesiam militantem, Sanctam & universalem  
**Mattb.** quæ exquisitè communio cum DEO & Christo prædi-  
**XVI. 18.** catur , Catholicam omni tempore & loco , de ipsius  
merito

merito, doctrinam amplectentem, perpetuo duratum esse. Nulla inter utrasque V. & N. Testam. Ecclesiæ intercedit differentia, alia, quām quod quicquid illa sub multiplici umbratili figura præstolata est, hæc reverè possideat: nemo etiam à mundi pri-mordiis naturâ suâ in humanâ progenie, coram DEO eximior magis est altero, verūm quā benevolentia, quāve calamitate illi affecti sunt, eam & nos manere, intrepidè statuamus. Venerandæ igitur antiquitatis puritas in refellendis erroneis heterodoxias dogmatibus, & statuminandis Christianæ religionis articulis, nec non zelus in improbis sceleribus castigandis, non contemnendum equidem robur, in asserendâ fidei nostræ orthodoxiâ eidemque conformandâ vitâ consert, verūm quia antiqui & novi fœderis Ecclesiis, in essentialibus, unica fides saltem vigeret, & Prophetarum doctrinæ, redargutiones institutiones, admonitiones, comminationes, obtestationes & consolationes, non minus illius, quām nostræ æta-tis piè credentes stringunt, ea propter, ut tām diversa illius veteris populi discrimina & immissa divinitus supplicia & post irritatum satis Numen excidia, cum rationibus istiusmodi damna causantibus, serio ex-pendantus, exellentium beneficiorum, & stupenda-rum liberationum communicationes, quale mo-do impetrata sint, ruminemur, & quām luculentis va-ticiniis Christi incarnationem & satisfactionem, uni-versalem gentium ad Evangelium & Sacra-menta vo-cationem, vitamque æternam, cum novissimo judicio & æviternâ damnatione, signanter & expressè prædi-xerint, ponderemus, nobisque ad μεταμεληπτικού applicemus necesse est: Ecce enim quam

*II. Cor. III.*

*14.*

*Col. II. 17.*

*Pf. CXLV.*

*9.*

*Eph. IV. 6.*

(30)

con-

*Mal. IV. 5.* connexo aureæ catenæ reflexu , junxerint Prophetæ,  
*Marc. I. 1.* ultimum primævæ Ecclesiæ articulum , cum novæ ex-  
*Zeph. III. 9.* ordio , dum eâdem illâ materiâ omnibus suis vatici-  
niis colophonem imponunt , quâ Evangelistæ itidem  
ordiuntur , manifestam inter utrasque communio-  
nem ejusque fundamenti & Spiritus unitatem , de-  
*Gen. III. 15.* monstrandi causa : Universam Theologię synop-  
sin , in demoliendâ antiqui serpentis potestate , benefi-  
*Ez. XLVIII.* cio seminis mulieris in vitæ integritate hostilibus ejus  
*17. 18. cap.* illecebris refragando , eâdem succinctâ dexteritate ex  
*LII. 10. 11.* Proto Evangelio inculcant , quâ Apostoli eam repe-  
*I. Job. I. 7.* tunt , ut unus credendi canon , pulcherrimo ordine  
*a Ez. IX. 2. 6.* in brevi illâ sententiâ comprehensus continuò serve-  
*cap. L. 6.* tur ; & tandem a stupendo electionis & justificationis  
*cap. LIII.* decreto , in Filii DEI exinanitione & satisfactione , &  
*Dan. IX. 24.* sic ejus Persona & officio , luce meridiana clarius soli-  
*Zach. XI.* dè recensito , b Exclamationibus , nos Novi instrumen-  
*12. cap. XII.* ti Ecclesiam ad observantiam concitant , ut sine  
*10.* differentiâ nos unius c capitum corpus , uniusque Pas-  
*b Ez. 24. 15.* rentis hæredes & liberos esse sanctè statuamus . Dum  
*c. XXXV. 4.* itaque strenuè Pietatis cultum d urgent sancti Pro-  
*c. XLIII. 6.* pheræ , acerbissimè simul e invehendo in scelera , ini-  
*c. Eph. II. 5.* quitates , impuritates , dissidia , nominis divini contem-  
*22.* ptum , & quasvis abominationes , non illis saltem , ve-  
*d. Ez. I. 16.* rûm nobis quoque id dici , certò persuasum habe-  
*c. LVIII. 6.* mus : dum corporis & animæ pœnis multiplicibus , ex-  
*e. Jerem.* cido , morte , & damnatione , præfractos interituros esse  
*XXIII. 10.* minitantur , nobis sedulò caveamus oportet : & dum  
*Mich. VII. 2.* Religionis contemptum , & verbi divini Ministrorum  
*Zach. III. 1.* defœdationem , non inultum iri , clamant pravis no-  
*f. Ezech.* XIV. 13. 14. stris cupiditatibus frenum injiciamus , necesse est : sine  
*Zeph. I. 12.* Pietate

*Ez. V. 24. 25. Jer. XVIII. 20. I. Tim. IV. 8. cap. I. 5. 19.*

Pietate enim, quæ ad omnia utilis est, promissionem  
habens hujus & futuræ beatitudinis, neminem illi- *Ez. XXIV.*  
batâ conscientiâ vivere, nec universam nostram di- *45. 6. 19.*  
tionem felicitate frui pesse, omni exceptione majus est *Nab. I. 2.*  
conclusum, unus enim & idem est DEUS, justus Vin-  
dex in secula ! Mirum, quām penitissimo desiderio,  
DEUS cælestis pater, omnem sapientiæ fontem, eō  
inundet, ut fidissimi Præceptoris more, nos solidâ sui  
agnitione, cultusque religiosi dexteritate imbuat.  
Negat primū in genere quicquam omnisciā & *Ez. XLV. 7.*  
infinitam Providentiam suam fugere, ego solus, inqui- *c. LIV. 16.*  
ens, formando lucem, & tenebras, largiendoque pacem &  
malum, ordino prospéra & adversa, omnia, ego operor, ut  
virtute prunarum, faber negotium suum expeditat, & des-  
picio vastatorem exitio : Verū specialissimis argu- *I. Reg. XIII.*  
mentis thesin illam dat probatam, dum certa indivi- *2.*  
dua, expressè nominibus suis Propriis notata, longè *Ez. XLIV.*  
antè liquido prædictit : dum certis imperiis, provin- *28. c. XIV.*  
ciis, civitatibus, & familiis portentosa, & infelicia o- *4. 25. cap.*  
minatur : & dum ab ipsis volatilibus Cœli (quid ? *7. 8.*  
quod ! totâ creaturarum structurâ) temporum in- *Ezech. 26. 2.*  
tervalla, divinâ dispositione, accuratè discernere sci- *I. Reg II. 27*  
entibus, solidam ejus veritatem demonstrat, ne quod *Jer. VIII. 7.*  
de universalī DEI Providentiâ dubium, abditamen- *cap. XXXI*  
tis nostræ penetralia, occupare possit: & quæ pari di-  
lucidâ perspicuitate, expanduntur quoque cœtera  
de infinitâ Misericordiâ, nostrique Redemptione,  
& tremenda Justitiâ DEI, & ternoque impiorum ex-  
itio, insignia dogmata, ut non minus inclytum veri  
Theologi munus esse constet, sedulum Pietatis ex-  
ercitium, contra insultus carnales excolere, quām  
finceram articulorum fidei integritatem contra ad-  
versa-

versariorum decipulas propugnare ; & sub Evangelicæ libertatis velamine, non minus pravis moribus, vitâ æternâ excludi, religionemque defœdari quam  
*Cor. VI.9.* impiâ & perversâ doctrinâ. Cùm itaque hæc de

*Pietate, cultusque divini dexteritate, doctrina, tanto*  
*minus juvenilis sit, ut potius contra σταὶλες & μόριες*  
*II. Pet. II. 13.* *Rom. XII. 1.* *propriissimè quosvis Ecclesiastas deceat, quam Præmias*  
*suā, omnes solidâ eruditione eminentes, pios Viros,*  
*laudaturos esse, certum est, susque deque habitis*  
*contagiosis Lucinianis literatoribus, Thersiten, ta-*  
*citè lividis moribus referentibus propterea eam i-*  
*psam, quam Vobis Domini Parœci optimi subditis-*  
*que Vestris Estonibus, & Lettis, pro modulo, in Ec-*  
*clesiâ nostrâ fideliter commendo, hic in Compendio*  
*offerò, nil dubitans, quin meam tenuitatem, pro Ve-*  
*stro Candore, contra malos, sitis defensuri, & amatu-*  
*ri, quod piis ad DEUM precibus, veneratione, amo-*  
*re, & quovis studio, industrie rependere annitar:*

*Cor. XIII. 3.* *Gratia Domini nostri JESU CHRISTI, & cha-*  
*ritas DEI, & communicatio Spiritus Sancti sit cum*  
*omnibus Vobis ! Amen.*

Johann Nicolaus Hartungi  
Past. & Præpos.

DE

DE  
THEOLOGIÆ Uſu & praxi in-  
primis Ecclesiasticâ.

§. I.



T homo pervenire posset ad fa-  
lutiferam gratiam & gloriam, præter  
naturales notitias, quæque his super-  
struuntur Philosophicas disciplinas,  
quarū finis & effectus tum ex Dei inten-  
tione, tum ex intrinsecā facultate, in  
adultis, non est nisi (1) discursus de  
vero *Dei cultu inquirendo*, (2) ex hy-  
pothesi neglectæ talis inquisitionis  
& discursus, per quem devenire potest  
adultus ad communem gratiam ex prædicatione vel lectione  
divinæ obtinendam, excusationis omnis coram throno justitiæ  
defectus, seu inexcusabilitas, aliquam doctrinam de mysteriis,  
*Theologicis* (quæ propter summā eminentiam, quā humanæ ra-  
tionis, captū, ipsamq; sic evidentiam sensus & intellectus longè  
transcendent, sive nullo modo ab eadem, qualis est post lapsum,  
naturaliter investigari, vel intelligi, sive, quatenus quædam  
sub lumine rationis cognoscuntur, intellectum tamen, ut infal-  
libilem assensum eliciat, determinare non possunt) extrare fuit  
necessarium. Tit. 2. II. Act. XVII. 25. 27. Rom. 1. 20. Job. VI. 68.  
I. Cor. II. 12. 14. 6. XII. 3. Matth. X. 28.

A

§. II.

§. II. Illa doctrina sive disciplina (vocabulo sic propriè accepto) licet subjecti generaliter & materialiter, sic dicti ratione, videatur non una: tamen ratione objecti formalis propriè sic dicti, & resp. Unitatis rationis formalis s. Principii sub quo, quod est revelatio, reverà nonnisi una, rectè & strictè appellatur THEOLOGIA, idque ratione etymologica resp. Dei, non tam subjective, quod sit θεοῦ θεοῦ, quam objective, quod sit θεοῦ ων θεοῦ s. doctrina de DEO & rebus divinis. Job. VI. 45. Hebr. V. 12. Act. XVIII. 25. 26. Rom. XVI. 27. 2. Tim. III. 14. Luc. I. 1. 3. 4. Ephe. IV. 5. Act. II. 42. Rom. I. 20.

§. III. Removenda à splendido Theologiae vocabulo est omnis falsa, Diaboli, hereticorum, quippe quæ nec in sensu composito Diabolo concreata, nec Theologia est: sed παταρογία, & mendacium s. μυθολογία. Job. VIII. 44. 1. Tim. I. 6. 20. 2. Tim. II. 17.

§. IV. Ut taceamus longe plurimas Scholasticorum distinctiones, ex Reformatis Junius c. 3. Theogiam juxta homonymiam analogicam facit duplē s. distinguit in 1. archetypā s. essentialē, formalem, increatā, & 2. ectypā s. accidentariā, creatā, habitualem, illius imaginem, & hactenus haut absurdē. 1. Cor. II. 10. II.

§. V. Ectypam rursus distinguit in Theogiam (1) unionis, quæ sit Christi s. Θεοῦ Διόνυσου Mediatoris secundūm humanitatem, eademque omnium plenissima (2) visionis s. plenam sc. Spirituum in cælis (3) revelationis, eandemque, et si comparative, semiplenam vel imperfectam, nostritamen, Viatorum, respectu perfectam, de l. intelligit locum Job. I. 14. de II 1. Job. 3. 2. de III. 1. Cor. XIII. 12.

§. VI Ceterūm (1) licet in Christo ut homine, detur quoq; Theologia ectypa, quæ est humanitatis formaliter: tamen illa, quæ competit Christo ratione unionis hypostaticæ & ipsi adeò humanitati personaliter, s. actu personali, ipissima archetypa est quod

(quod ex communi hypothesi erronea male cum Scholasticis & pontificiis negant Calviniani) nec de ectypa: sed archetypa intelligendus locus Joh. c. I, 14. 16. (2) Theologia unionis & omnis Theologia Christi ut hominis, visionis quoque secundum excellentiam dici potest. 3. Visionis illa (i. Joh. 3. 2.) non solum spirituum: sed & omnium comprehensorum s. hominum beatorum est, & adeo Theologia gloria s. vita eterna. Luc. II. 52. Col. II. 3. 9. Matth. XI. 27. Job. V. 19. Act. II. 25. Hebr. c. XII. 22. 23.

§. 7. In praesens autem Theologia intelligitur, non Archetypa: sed ectypa, neq; haec visionis, nec, sive comprehensorum, sive viatorum ante lapsum: sed horum post lapsum, neq; naturalis, nedum illa gentilium, apud quos nunc Poetæ & Philosophi appellantur Theologi, nunc hi illis contradistinguuntur, quomodo Gallorum Philosophos & Theologos distinguit, & Epimenidem Theologum μάλιστα περιόπειρον appellat Diod. Sicul. I. 5. p. 308. 346, hic sub Theologia nomine venit, imò nec quæcunque revelationis divinæ: sed quæ est specialissimæ διπλαύψεως in Prophetis & Apostolis immediate, in aliis mediata, quæ ipsa iterum ratione gradus perfectionis in Catecheticam, elementarem & plenioram, & accuratiorem s. Academicam, quia sc. magno studio, acri ingenio & constanti labore in scholis discitur, prout hæc viceissim ratione modi tractationis & scopi particularis distinguitur in Exegeticam, cujus pars est Theologia Symbolica, arcana s. mystica, in systematicam Didacticam, & banc vel positivam, vel Elenchiticam, vel mixtam, in Homiliticam, Ecclesiasticam antiquitatis, hierarchicam regiminis, casualem s. judiciariam, distinguitur.

§. VIII. Peculiaris Theologie suppositio apud antiquos est in oppositione Oeconomia, ut per illam intelligatur mysterium divinitatis s. SS. Trinitatis per hanc Dominicæ Incarnationis, & inde peculiariter JOHANNI Apostolo, & Evangelistæ cognomen THEOLOGI.

A. 2

§. IX.

§. IX. Necessitas hujus constare potest ex locis I. Joh. 10. 8, 10. Act. 20. 29, 30. 1. Cor. 11. 19. 2. Cor. 11. 13. 14. Gal. c. 3. 1. c. 5. 7, 12. Coloss. 1. 16, 17. Tit. 1. 9. 11, 12, 13. II. Act. 8. 31, 34, 35. c. 18. 25, 26 III. Ephes. 4. 11, 12, 13. 1. Cor. 12. 4, 10, 28. IV. Matth. 4. 11. c. 21. 24, 25. c. 22. 26, 34, 44, 44, 45. Act. c. 2. 14. ad 37. c. 6. 9, 10. c. 7. ad usque v. 54. c. 15. 1, 2, 6. c. 17. 2, 3, 11, 18, 22, 34. c. 19. 8, 9. c. 24. 5, 9, 10, 14, 15, 16. Rom. c. 3. 9, 28. c. 9. à v. 6. 1. Cor. 15. 12. & seq. Gal. c. 1. 6, 7. 2. Thess. 2. 2. 1. Tim. 1. 3, 18, 20. 2. Tim. 2. 17, 18. 2. Tim. 3. 8. c. 4. 3, 4, 5. V. 1. Tim. 5. 3, 4, 20. 2. Tim. 1. 13. c. 3. 15, 16. Hebr. c. 5. 10, 12, 14. conf. c. 7. Matt. 13. 52.

§. X. Tametsi S. *Theologia* quippe omnium disciplinarū absolutē & simpliciter dignissima, altioris est ordinis, quām Philosophicæ, sive quæcunque aliæ scientiæ, & materialiter non minus eminenter *speculativa*, quām *practica* contineat, in accuratā tamē terminorum suppositione, tota *practica* potius dicenda, quām *Theoretica*, nec exinde, quod omnia quæ tractantur in *Theologiâ*, considerantur sub ratione *Deitatis per revelationem cognoscibilis*, sequitur, Deum esse objectum *Theologiae propriæ & strictè sic dictum*. vid. Thom. sum. p. 1. art. 4. & 7.

§. XI. Nihilominus *Theologia*, quia de DEO agit, ut est *altissima causa*, nec solū, quantum ad id, quod est per *creaturas de Deo cognoscibile*: sed & quantum ad id, quod soli Deo notum per *specialissimā Διπλάνου Φύη Patris coelestis Mat. 16. 17. 1. Cor. 2. 7.* hominibus, in tantum & *καμένον* sit intelligibile, propriè & secundum excellentiam appellatur *Sapientia*, & licet, eo modo, quo *discipl. Philosophicæ*, nō sit *scientia vel evidentiali. Cor. 2. 9. 1. Tim. 6. 16.* salvo nihilominus, quoad modum *evidentie singularissimum, privilegio Apostolorum Luc. XXIV. 39. 40. e. c. Thomæ Joh. c. XX. 20, 27, 28, 29. nec minūs ceterorum Act. X. 41. 1. Joh. 1. 1.* tamen supposito primo illo principio, quod & ex *repugnantiā Metaphysicā* scitur, & ex scripturā creditur, sc. *Deū esse αὐτεύδη Tit. 1. 2. Hebr. 6. 18. 2. Tim. 2. 12. 13. nec minūs, Apocalypsi Patria*

tris cœlestis & Oculis illuminatis conf. Matth. 16. 17. Ephes. 3 17. 18.  
2. Tim. 2. 7. non solum hic datur (1) γνῶσις (Luc. 1. 77. Rom. 15.  
14. 1. Cor. 12. 8. 2. Cor. 4. 6. Ephes. 3. 19. Phil. 3. 8. prout in  
Doctoribus, clavis γνῶσως sc. μέθοδος γνῶσεως Luc. 11. 52. Rom. 2.  
20.) vel (2) θείγνωσις Ephes. c. 1. 17. c. 4. 13. 2. Tim. 3. 17 Colos.  
2. 2. Hebr. 10. 26. 2. Petri 1. 8. c. 2. 20. non solum (3) σύνεσις  
πευματικὴ Eph. 3. 4. Coloss. 1. 9. c. 2. 2. 2. Tim. 2. 7. sed & 4. quæ  
propiora scientiæ vocabula sunt ἀδίω & ἀδω Act. 2. 30. Rom. 6.  
9. 1. Cor. 2. 1. II. 32. 2. Cor. 4. 14. Gal. 2. 16. Eph. 1. 18. 1. Tim.  
3. 15. Marci 12. 24. 2. Tim. 3. 14. Tit. 1. 16. 1. Petr. 1. 18. c. 3. 9.  
vel (5) illud ἀδά Marc. 10. 19. Joh. 11. 22, 24. Act. 2. 22. Rom. 14.  
14. 2. Tim. 3. 15. 1. Joh. 3. 2. c. 5. 14, 20. quin & (6) θεολογία,  
quomodo Theologia Apollo dicitur θεολογία baptismi Jobannis  
Act. 18. 25. conf. Act. 26. 26. & inde heterodidascalus appellatur  
μηδὲ θεολογία (7) I. Tim. 6. 4. atq; sic rectè Theologia scientia,  
& ipse Christianus adiutor, ac multò magis Theologus, ipso  
habitu, unde sensus exercitati, dicitur non solum σοφὸς: sed &  
θεολογός Jacob. 3. 13.

S. XII. Constat ininde, quid statuendum de controversiis Scholasticorum, e. c. 1. An Theologiae habitus sit scientificus & ad quod nec  
simpliciter cū Cajetano affirmativè, nec cum Greg. de Val. negati-  
vè respondendū: sed distinguendū. 2. An Articuli fidei unde elicis  
untur assen/us Theologici, non modo sint certi: sed etiam evidentes?  
quod in Fr. de Marchiā, velut Paradoxon à Greg. de Val. notatū  
certo respectu, suppositā sc. evidentiā Principiis: Quicquid Deus  
dicit, id verum est, evidentiā item propositionis Biblica, & lumine  
supernaturali, defendere licet, tum absolutè, tum comparativè,  
salvā sc. eminentiā gradus evidentiæ in patria, præ gradu in via  
ubi illius resp. evidentiā est quasi specularis & enigmatica, &  
comparativè talis quoque Theologia. 3. An Theologia sit me-  
re practica an, sive ex toto, sive ex majori parte, speculativa? Ubi  
Thomā affirmante posterius, rectius Gregor, Ariminens. de-  
fendit

fendit prius. 4. An objectū Theologiae disciplinariter considerata sint  
res & signa? an myster: redēmptionis? an Christus & Ecclesia? an DEUS  
sive ut remunerator, sive ut Deus? ex quib? primū Lombardus iterū  
distinguens res in 3. clasēs (1) Rerum quæ fruuntur & utuntur  
[Angeli & homines, in primis Sancti] (2) rerum quibus fruimur  
(SS. Trin.) (3) rerum quibus utimur (mundus & in hoc creaturæ)  
& signa in merè significantia [sacr. legalia] & simul p̄ficienda  
(Sacr. Evangel.) secundum Hugo de S. Victore: tertium, quoad  
1. Greg. Arim. quoad 2. Thomas. Rectius objectum ponitur Ho-  
mo ad vitam aeternam, per fidem veram perducendus. Nec valet illa-  
tio Thomæ: omnia quæ tractantur in Theol. considerantur sub  
ratione Deitatis per revelationē cognoscibilis. E. Deo objectū.  
§. An Theologia sit argumentativa? quod à quibusdam malè ne-  
gatum inde, quod non probet principium, velut primum: hāc  
enim ratione nulla disciplina erit argumentativa: quia nulla  
probat sua principia, & primā principia sunt indemonstrabilia,  
vel si hic sufficit ἐλεγχόντως ex concessis redarguendo, vel oppo-  
sitae rationes dissolvendo, probare. E. & ibi 1. Cor. 13. 12.

§. XIII. In Ordinatione articulorum, qui primo loco po-  
nunt illum de DEO, ex resp. Methodi honorariæ, & summæ arti-  
culi illius excellentiæ vel argumenti eminentiæ, excusari qui-  
dem possunt: sed defendi nequeunt: cum enim Deus sit agno-  
scendus & colendus, prout se in Scriptura revelavit, utiq; de S.  
Scripturâ primo loco agendum erit, velut de unico principio  
cognoscendi, neque adeò probandus quoad ordinem arti-  
culorum est, qui in Locis Theologicis, articulum ponit  
1. de Deo 2. de Creatione 3. de providentiâ, & 4. de Scripturâ.  
Rigorosius alii, supposito articulo de Scripturâ, immediatè sub-  
jiciunt, articulum de Vitate aeternâ, urgentes quod in disciplinis  
Practicis à fine sit incipiendum. Obstac praxis Apostolorum, & in  
hāc ordo pædiæ Christianæ: sed & quod beatitudo aeterna nec  
ab hominen naturaliter appetatur, nec à Deo sive sub ratione pri-  
mi

mi ad pietatem inducentis, sive præsenti hominis conditioni  
debiti finis, ullibi proponatur. Quin nec superioribus satissa-  
ciunt, qui respondent: *DEUM in Theolog*ia* non considerari solum*  
*per easus rectos, ut quid sit Deus: sed & per obliquos, e.c. quæ Dei sunt,*  
*quæ DEO competunt, quæ per Deum facta sunt, quomodo Deus*  
*invocandus sit, quomodo à Deo non auctoris auctoris sit.* Licet enim  
hec sic fatis restè habeant, tamen inde non sequitur propriè  
loquendo Deum esse, objectum & finem: illud, in quantum *Deus*  
*est: hunc in quantum colendus est, sive Theoreticum & Practicum*  
*in disciplinis dici, non respectu Objecti: sed finis, & quidem non*  
*subordinati: sed ultimi, qui in Theolog*ia* sit contemplatio DEI*  
*in hac vitâ inchoanda, in alterâ perficienda.* Supponitur sc. The-  
ologiam totam Theoreticam esse disciplinam, quæ thesis est  
*Thomistarum, & superiori quoque seculo maximè probata*  
*Theologis.*

S. XIV. Illa ipsa vera Theologia, ex dulcissimi Salvatoris  
promissione (certè quoad articulos s. dogmata quorum ne-  
gatio labefactat media consequendæ salutis) manet atque ma-  
nebit in Ecclesiâ Catholicâ, cujus pars erat illa domus DEi, in  
quâ conversabatur sub APOSTOLO DOCTORE Doctorum,  
Episcopus Timotheus. Neque verò Timothei (quod contra  
arietantes, ex hoc loco, pro Romanâ vel potius in hâc UNO in-  
fallibili, Pontificios, non adeo luculento satis nec fructuoso: sed  
damno potius, si accuratiùs consideretur, interpretamento  
inde, quia titulus ille: σύλογος ἐδειπέρα τῆς αἰληθείας in antiqui-  
tate non Paulo, non Andreæ, non aliis Apostolis solum sed  
& Dd. Ecclesiæ e.c. Athanasio, Basilio à Gregor. Nazianz. & Cy-  
rillo, ceterisq; aliis familiariter tribuat, formato, commen-  
datoque, quibusdam nostrorum τε & Πατρών πλειστον, ingeniosum videri aliquando voluit compendium) sed Eccle-  
siæ verè Catholicæ (qui Catholicismus tamen non est æstiman-  
dus nunc, sive Topicæ, sive Arithmetice, cujus Catholicæ pars ho-  
mo-

stogenea erat illa Ephesina Timotheo Juveni Episcopo à Paulo  
commissa) augustum illud encomium est, quo prædicatur co-  
lumna & firmamentum veritatis, tum in dogmatibus fidei ad sa-  
lutarem Παντοκράτορα sincerè proponendis, tum in ipso Spirituali  
& λογικῷ cultu divino, juxta pietatis doctrinā s. παύλου εὐαγγελίου,  
didascalis recte instituendo, ut sic obtineatur illa, quam Pau-  
lus Theologiaz s. παύλου γέρων θεοπρόσωπος in actu exercito causa-  
liter, ipsi autem consultori subjectivè assavit, perfectio sc. bo-  
minem ad salutem per fidem quae est in Christo Iesu sapientem  
reddendi & ad omnne opus bonum perfectè instruendi Iesu. LIX. 21.  
Matth. XVI. 18. I. Tim. III. 15. 16. 2. Tim. III. 15. 17.

§. XV. Gloriamur in DOMINO, de Ecclesiæ nostræ  
juxta Scripturas Canonicas velut unicam fidei & vitæ regulam  
& primitivæ Ecclesiæ unanimem in dogmatibus fundamentali-  
bus consensum Apostolicâ puritate, nec contra clamosos de-  
hæresi Lutheranorum adversarios, Apologiaz loco aliud nunc  
reponimus, quām quod, ad tribunal Cæsaris contra Pontifica-  
les criminationes, ipsumque Tertullum Rhetorem Paulus Act.  
24.14. Prout tamen in eâdem confessione non satis fuit Paulo  
fateri, se juxta viam illam, quam adversarii heresim dicant, ita co-  
lere patrum Deum, ut credat omnibus quæ in lege & Prophetis scripta  
sunt, ipsamque spem futurae resurrectionis Catholice mortuorum  
eum justorum, eum injustorum contestari v. 14. & 15. sed addidit  
quoque non minùs necessarium pietatis & vitæ Sanctitatis  
(in quo Asetam semper ageret) studium: Interea ipse me exer-  
ceo, ad conscientiam habendam sine offensâ apud Deum & apud bo-  
mines semper v.16. Ita suppositâ religione orthodoxâ nobis  
quoque hæc minùs necessarium incumbit religiosæ cultus  
divini conservationi, ipsiq; sive beatitudine, quam velut spiritualem yu-  
pocratiæ ceteris omnibus exercitationibus Apostolus longè præ-  
fert, impendendum studium, de quo Apostolus I. ad Tim. 4. ac-  
clamavit Thimotheo: Exerce teipsum adpietatem! Scilicet licet  
hoc

licet hoc exercitium commune sit omnium Christianorum  
(qui quidem tanti mensuram nominis implent) peculiariter  
tamen obligat ipsos Doctores & Pastores, velut *natus s. exemplaria*  
*aliorum fidelium*, quippe quibus omnibus dictum, quod Timo-  
theo Episcopo ab ipso Paulo toties inculcatum: *O homo Dei, fu-  
ge φιλαργυρίας!* Sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charita-  
tem, tolerantiam, lenitatem, imo etio exemplar fidelium non solum  
in fide in sermone: sed & in conversatione, in charitate in castitate!  
Obtestatus Timotheum Paulus est, per Deum vivificantem omnia,  
& per Jesum Christum, ut observaret banc praeceptionem inconta-  
minatus & irreprehensus, usque ad illustrem adventum DOMINI no-  
stri JESU CHRISTI. 1. Tim. 4. 12. c. 6. ii. 13.

§. 16. In hierarchiâ ecclesiastica (quæ tamen præciso  
illo, qui totiens in apocalypsi insonat illud: ἐγώ ἔμι η ἀρχὴν τη  
ν τηλος Apoc. 21. 6. c. 22. 13. nulla datur) s. in illis ab ipso Chri-  
sto vel Apostolo agnitis ordinibus, *ad conagmentationem sanctorum*  
*facientibus* (in quibus nullum locum habet *Hierarchia Papistica*)  
distinguuntur alicubi *παιδεῖς* & *διδάσκαλοι* s. *Pastores & Docto-  
res*, & non hi solum: sed & *Evangelistæ* contradistinguuntur  
*Apostolis Eph. 4. 11. 12. & Prophetis*, aliquando post *Apostolos &*  
*Prophetas*, tertio loco numerantur *Doctores* s. *διδάσκαλοι* 1. Cor.  
12. 28. 29. quomodo & in celeberrimâ Antiochenâ non memo-  
runtur, nisi *Prophetæ & Doctores* Act. 13. 1. 2. ut appareat quidem sub  
amplissimo *Doctorum* nomine, aliquando ipsos simul intellectos  
*Pastores*, sic tamen ut nec defuerit *Doctorum & Pastorum* distinc-  
tio, ratione peculiaris circa *sermonem sapientia vel scientia do-  
ni*, ipsiusque traditæ ab *Apostolis doctrinæ fidei & morum*, accu-  
ratioris expositionis & propositionis. Eorum sanè acuminis  
& multipliciti eruditio vel scientiâ sanctiore Deus omnis con-  
solationis & miserationum pater, heterodoxis adversariorum  
opinionibus obniti, doctrinæ puritatem corroborari, illustrari,  
scripturas explicari, ipsosque fidei articulos in certa Systemata

B

& Sy-

& Synopses redigi, horum autem non minus practicā, tum di-  
das calicā, tum morali professione, cuiusvis doctrinæ usum, vim &  
necessitatem, promiscuè ecclesiastico cœtu, idque simplicio-  
re catecheticaq; magis methodo monstrari voluit. Cum igit  
tur illi functioni suæ sic strenuè satis studium accommodave-  
rint, didacticis, & in primis Polemicis voluminibus id assatim  
probantibus, beata quoq; Pastorum deprædicabitur industria,  
quando servando propagandoque divino cultui, exædifican-  
dæque magis magisque pietati, in concredito sibi Auditorum.  
cœtu, nervos intendunt suos.

S. XVII. Splendidis equidem omnigenæ scientiæ & cogni-  
tionis radiis fulgent priorum seculorum Doctores & scriptores  
Ecclesiastici, dum ingeniosâ exegesi & judicio solerti, nunc  
quædam ~~δυτική~~ divinorum pandectarū loca solidè explicant,  
nunc fidem Catholicam argumentis roborant, nunc ~~προσδιδεῖς~~  
~~καλύπτεις~~ ingeniosè confutant: accuratiū tamen magisque cir-  
cumspectè assertiones suas limarunt, quando sive in alio sive  
in novissimo agone positi, religionis, quæm ceteroqui professi  
erant, praxin ostenderunt, cujus luculentum ~~κετήπον~~ est lo-  
cus de JUSTIFICATIONE, de quo pulcherrimè post sive alle-  
gatas sive memoratas Augustini, Bernhardi, Anselmi, Bonaven-  
ture, Gersonis meditationes, ac sententias dulcissimas, Anselmi  
in primis exhortationem ad fratrem moriturum, magnus noster  
Chemnitius Exam. Conc. Trid. part. I. art. de justificatione  
concludit: Doctrina nostra de JUSTIFICATIONE habet testimo-  
nia omnium piorum, qui omnibus temporibus fuerunt, idque non in-  
declamatoriis rhetoricationibus, nec in otiosis disputationibus, sed in  
seris penitentia & fidei exercitiis, quando conscientia in tentationi-  
bus cum sua dignitate vel coram ipso iudicio Dei vel in agone mortis  
luctatur: hoc enim solo modo rectissime intelligi potest doctrina de  
justificatione, sicut in scripturâ traditur. Plurimum præterea  
interest, inter nudam γνῶσην, & praxin, inter nuda cognitione  
fidei

fidei & doctrinæ Theologicæ instructum, & ipsa fide salvifica  
præditum verèque sic piūm, inter fidem orthodoxam sola lin-  
gua profitem, & eandem, corde ad justitiam, vere creden-  
tem, ipsaque, quod ore profitetur, vita exprimentem: Istos  
quippe vel ipsius Satanæ mancipia esse posse: Hos vero salutis  
vasa esse, si quidem tales perseverent usque ad finem, dubium  
nullum est. Matth. 7. v. 21. 22. 23. Luc. 13. v. 25. 26. 27. Tit. 1. v. 16. Ja-  
cob. 3. v. 13. 15. 1. Cor. 3. v. 18. 19. cap. 8. v. 3.

§. XVIII. Ingentis sanè momenti & solaminis inexhausti est  
jani memoratum dogma de justificatione, verè Christianæ fidei  
fundamentum, divinæ misericordiæ luculentum documen-  
tum, totiusque religionis Christianæ firmamentum, cuius  
summa est, hominem peccatorem, unice Mediatoris Jeas̄c̄o-  
ꝝ sufficientissimo & efficacissimo merito, a reatu peccatorum,  
coram tremendo Majestatis Throno constitutum, accusatum  
& convictum, gratis absolvī, ita ut, sine ulla justitiæ propriæ  
dignitate, sola propitiatoris JESU CHRISTI satisfactione &  
merito, ipsi peccatori imputato, perque fidem verè applicato,  
damnatione eximatur, regeneretur, adoptetur, inque viva-  
ſpe hereditatis immarcessibilis, queque nec corrumpi potest, nec con-  
taminari, confirmetur, sic ut mercedem fidei, salutem sc. animare  
portare, & cum Paulo exclamare possit: *Quis accusabit electos  
Dei? Deus is est, qui justificat.* Non alio sanè remedio ex ipsa  
horrida desperationum abysso enititur peccator, seque im-  
mergit in altum divinæ misericordiæ ſabbati. Quintanti be-  
neſici recordatio, amplissimum suppeditat gratitudinis & obe-  
dientiae argumentum. Atqui hic ſeſe ostendit Evangelici prædi-  
eatoris officium, illud imprimis quod, velut in Ecclesia maximè  
necessarium, in Epiftola Capitulo unico præscribit Apostolus  
vers. 22. 23. Jubens obſervari legi ſeu discretionem, ut ſc. ha-  
bita discretione alios commiserentur, alios verò metu fervent, ſeu de-  
nunciatione horrenda expectationis Iudicij & ignis fervoris, qui des-

voraturus est adversarios, ad Heb. cap. X. v. 27. atqui ita hos  
vel ex ipso igne rapiant. Scilicet, non, morosè rebellibus, & con-  
tinuata finaliter contumacia, ex reproborum se classe esse te-  
stantibus: sed pauperibus spiritu, contritis corde, & trepidantibus,  
ad concionem pænitentiae, denunciandum est illud justificatio-  
nis beneficium. Sed & quām abominabilis sit adversariorum  
sententia, quæ de gratia justificationis & salutis dubitare jubet,  
suisque indulgentiis, impositisque votis, operibus satis factio-  
riis, orbi imponit, intercessionibus Sanctorum confidere præ-  
cipit, in ipsa praxi pia mens experitur, unde totum illud my-  
sterium impietatis respuit & abominatur. Atqui sic quod sola  
notitia & disceptatione Polemica non obtinetur, ipsa praxi con-  
scientiae potentissimè tenetur. Joh. III. v. 17. 18. Act. XIII. v. 38, 39.  
Rom. III. v. 24. 1. Pet. I. v. 3, 4, 9. Ad Rom. VIII. v. 33. Esai. 57. v. 19.

§. XIX. Præciduntur sic susurronum fugillationes & di-  
cteria, quasi pietatis cultum suspendamus γνῶσα illâ justificationis  
professione, dum modò expreßè commemoretur: nullum  
quidē peccatori refugium esse in operum meritis, in ipso scilicet justificationis  
seu à reatu absolutionis & servatōis actu: & tamen lauda-  
ta divinâ Misericordiâ, strenuè pietas, cuius præcipu⁹ nervus est  
amor & obsequentia DEI inculcetur, ne quis fide & gratia in-  
terim excidat, divinæ bonitati refragetur, Christum impiè ex-  
plorum, deturpatum, & crucifixum, peccatorum ministrum  
denuò constituat, imò crucifigat: cum fidem absque pietatis  
exercitio, hoc est, Christi imitatione profiteri, sit religionem  
discerpere, & verum βδέλυγμα, sub specie fidei vel Christi, Dæ-  
monio obsecundare. Necessaria itaque esse cuivis Christianum  
nomen sibi vendicanti bona opera, ob manifestum DEI manda-  
tum & promissum, & propter obligationem & bonitatem DEI  
in Evangelio declaratam, propter quam ipsa Sacra menta eum  
constringunt ad pietatem & novæ obedientiæ debitum, ne ex-  
cessâ fide, datoque offendiculo, æterno se immergat exitio: &  
sic

fic nullâ ratione pietatis cultum, velut otiosum, adiaphorum,  
in cuiusvis libero arbitrio esse situm Rom. VI. v. 15. cap. VIII, v. 13.  
Gal. V. v. 13. 20. Cap. VI. v. 9. &c.

§. XX. Perspicuè divinum hoc Consilium exprimit, ut  
triusque instrumenti Sacer codex; liquidè quippe saluberrimâ  
hâc, de *gratuitâ nostrum justificatione* propositione assertâ, con-  
festim pietatis studium inde acriter astruere laborat: ne quis  
tantæ magniscentiæ doctrinam solo intellectu & theoreticâ  
notitiâ definiat: verum ipsâ praxi fide vivâ & per charitatem ef-  
ficaci, piis affectibus, gaudio, spe, amore, & desiderio metiatur:  
Prætereà vix usq; se temperare potest sacra pagina à continua  
pietatis inculcatione, quâ subinde exuberat, exemplis designat,  
& ad quemlibet doctrinæ Christianæ locum applicat, quod sin-  
gula DEI opera & beneficia lustranti, quatuor novissima, & o-  
mnes fidei Christianæ articulos reverenter scrutanti, lucu-  
lenter patebit, ut quid Christiano potissimum gnaviter sectari  
necessum sit, luce clarius perspiciatur, & quâm devotâ & tre-  
mendâ veneratione fidei dogmata exosculanda sint, liqueat.  
Rom. III. vers. 29. 30. cap. V. v. 1. 4. 23. cap. VI. v. 1. I. Cor. V. v. II.  
Phil. III. v. 9. 10. Gal. V. v. 6.

§. XXI. Deplorata est post lapsum, hominis sibi relictâ,  
conditio, ita ut in peccatis mortuus, destitutus sit libero arbitrio  
in spiritualibus; mortu⁹ quippe nullâ se juvandi vel vivificandi  
facultate pollet: miserè conqueritur piè hæc meditatus ob ima-  
ginis divinæ amisionem & peccato Originali corruptæ naturæ  
vitiositatem, humanam miseriam, cordis asperitatem, voluntati  
pravitatem, & partis tum inferioris tum superioris rebellio-  
nem naturalem post lapsum, deflet, gratuitæ verò regeneratio-  
nis, divinæque revelationis mysteria, altâ memoriâ recolens  
se erigit: qui verò nudâ scientiâ & speculatione irreverenter  
hæc discutit, is vel DEI justitiam rimari nititur, quare non o-  
mnes omnium gentium mortales, mysticâ DEI cognitione

actu imbuantur? vel si eos justo judicio eximi statuit, aliquam  
lem liberi arbitrii viribus ~~in~~ <sup>ex</sup>eyens, & operandi facultatem in-  
actu conversionis & regenerationis assignat. Eph. II. v. 3, §.  
Cap. IV. 18. Rom. VII. 18. 24. II. Cor. III. 5.

§. XXII. Non equidem absolutè lapidis aut trunci vita &  
motu naturali carentis, aut bruti pecoris necessario absque de-  
liberatione pernicem fugientis instar habet homo animalis, a-  
dultus, cœlitus illuminandus, quippe, qui etiam ante conver-  
sionem intellectum & voluntatem habet, imo aliquando pollet  
ratiocinationis acumine, novit cum delectu historias sacras de  
Creatione, lapsu, & Redemptione historicè & literaliter dijudi-  
care, vitam anteactā scrutari legaliter, quoad externum corti-  
cem, justum ab iniquo discernere, summum ens, Numen o-  
mnipotens, sapientissimum, æternum, omnipræsens, cuncta gu-  
bernans, ex ordine causarum agnoscere, conscientiam quodam  
modo examinare, mortem, pœnam exitiumque vereri, imò po-  
sitâ gratiâ primâ præveniente, potest etiam nondum conver-  
sus, externis auribus verbum audire, quæ omnia pædagogice  
præparationis externæ nomine, regenerationem, justificatio-  
nem, adoptionem antecedentia, aliquo modo, ab humani ar-  
bitrii viribus nativis haut sunt aliena: Incurit verò DEUS ipse,  
almo Spiritu, adminiculo Legalis comminationis, contritio-  
nem, primum pœnitentiæ & Conversionis gradum, Evangelii  
câ verò virtute, stupendis vaticiniis circumvallatâ, erigit, sola-  
tur, reficit & fiducia salubriimbuit, justificandum, ut sic orga-  
nis, magna cum devotione suspiciendis, utatur, Verbo, sc. &  
Sacramentis. & hoc modo regenerato cooperatur DEUS, ut  
homo benè & piè vivat, studeat sanctimonie, virtutibus, ad  
beneplacitum divinum, & imitationi Christi, singularique fa-  
tilitate & cum delectatione totum sese hostiam vivam, san-  
ctam, sistat. Rom. XII. 1, 2. II. Cor. VIII. 10, II. Phil I. 27, 29.  
Cap. II. 12. Col. II. 6, 7.

§. XXXIII.

§. XXIII. Profundè meditatur hic religiosa pietas proto-  
plastorum peccatum, seu illud primorum parentum, & in his  
totius generis humani, specifica existentia in persona primi ho-  
minis existentis, & ex illa virtute naturali ~~et regualxæ~~ propagabilis ~~et regualxæ~~ & illam, quæ per illud in mundum intravit  
~~et regualxæ~~, non cœlesti solo fructus prohibiti, & aliquæ saltim  
maculæ nota absolvit, verum, & in illo, inobedientiam ac rebel-  
lionem apostaticam intercessisse, hanc autem privationem esse  
positivam, & peccatum non solum inducens totalem imaginis  
divinæ parentiam, penitusque tollens liberum arbitrium in  
spiritualibus (contra quam visum est Tridentinis ses. 6. de ju-  
stificatione Can. 4. 5.) sed & esse hanc ipsam, pravam con-  
cupiscentiam, actualium peccatorum somitem (qui in adultis  
nunquam quiescit) suggerentem, inde ab ipso Adamo corrupto,  
ut patre & fonte generis humani, omnes carnaliter propagatos  
ex illâ stirpe surculos insufficientem, ut ex corruptâ sic radice natus,  
caro de carne, Filius iræ regnum DEI non possit videre, suaque  
sibi naturali virtute prodesse. Videt & crassum errorem Ma-  
nichæorum & Flacianorum, juxta quos humana natura, qualis  
nunc est post lapsum, & peccatum, sunt convertibilia: cum con-  
trâ homo regeneratus virtute Spiritus S. benè & velle & ope-  
rari possit, ut taceam, quod positâ illâ hypothesi Mysterium  
incarnationis cum plerisque ceteris fidei articulis periculum  
pateretur. Argumentatur quoque pia simplicitas damnable  
esse absolute reprobationis dogma, cum non minùs, quam o-  
mnium mortalium datur prævaricationis & miseriæ paritas: ita  
omnium quoque reconciliatorum, quoad impetrationem  
reconciliationis æqualitas. Rom. V. 12. 14. cap. VII. 7. 17. I. Cor.  
XV. 22. 49. Eph. II. 3. Jac. I. 14. 15.

§. XXIV. Insigni itaque promptitudine, & singulari gra-  
vitate collimat universa scriptura Canonica, fidei & vita amus-  
sis, cum omni suâ dissertatione & instructione, ad divinæ Bonitatis

*tis & Justitiae* demonstrationem, & salutis, interitusque discri-  
men: & quemadmodum ultima Fidei intentio est, peccatorum  
abolitio, & filialis adoptionis consumatio, ipsaque Christiani  
nominis professio, non in vanâ gloriâ, verùm obsequentia &  
pietatis cultu consistit, sic tota Theologia est habitus practi-  
cus ex scripturâ divinitus revelata Deum sedulò venerari &  
salutem per legitima ab ipso DEO ordinata media vel instru-  
menta piè assequi docens. I. Cor. XII. 14. 26. II. Cor. X. 4. 5.  
Joh. XVII. 20. cap. XIII. 17.

§. XXV. Et sic quam vafræ technæ sub plausibili Traditionum non scriptarum titulo sepultæ latitent, in propatulo est, cum Sanctus Spiritus, arrhabo & sigillum veritatis, animam piâ devotione imbuens, & impietati contranitens, credendorum pandectas plenè & planè referat & ad salutarem, practicum usum accommodarit: quæ sanctè credendorum dogma-  
ta, & piè vivendi præcepta, credentem, DEO gratum & accep-  
tum faciunt: imponitur itaque illis astutè Ecclesiæ DEI, po-  
liticæ hierachias & facultatum emunctionis ergò, ut tali vel-  
mine quidvis celari & tentare liceat. Marc. VII. 7. IX. 11. I.  
Tim. IV. 1. 2. Col. II. 20. 22. Eph. I. 4. Joh. XV. 16. I. Joh. IV. 16. 19.

§. XXVI. Figmento Traditionum, infallibilis Scripturæ perfectione negata, sanctimonia non modò non commenda-  
ta & propalata, verùm potius destrcta, jocularis, & ludicra redi-  
ta est: Obliterata quippe interim hominis coram DEO re-  
stitudine, & in regeneratione, veteris mortificatione, histrio-  
nicæ saltem externæ gesticulationes, mera inventa humana,  
mandato & promissis carentia, operum operatorum encomio,  
subinde decantata sunt, coraliorum scilicet superstitionâ sa-  
lutationis Angelicæ recensione, enumeratio, horarum cano-  
nicarum celebratio, aquæ lustralis inspersio, Chrismatis illu-  
nitio, esculentorum delectus, habituum singularis signatura-  
& in ipso agone hirsuti cilicii usurpatio: quid? quod! vix quic-  
quam

quām ab, fuit, quin hæresi fores panderet: jamdum ebullierat  
quippe infelix idolomania de Evcharistia<sup>x</sup> occlusæ monstran-  
tiæ nomine indigitatæ, instar ignis Persici olim splendide, cum  
magnificâ solennitate, super equo albo phalerato, portati, spe-  
ciosâ circumgestatione: exinde principium & incrementum  
hausit reliquiarum holoserico & pretioso apparatu in sacrariis  
& sub aris asservatarum, prophanus cultus, item, abominabiles,  
fanaticæ, & impurissimæ Missæ solitariæ, pro animarum ex pur-  
gatorii ergastulo, exemptione, nec non annorum jubilæorum  
ad quartum usque seculi quadrantem restrictorum, cum indul-  
gentiarum, quæ penitus lasciva sunt peccandi, avaritiæ sc. in-  
justitiæ, & perjuria sectandi, & quidvis securè perpetrandi, inci-  
tamenta, merè execranda, Satanica, & exitialis mercatura, quæ  
simul cum quingentis aliis, traditionum ponto, monstrorum  
instar se exerentia, tantum abest, ut pietatis desiderium com-  
mendarint, ut potius meditationem, observantiam & amorem  
ejus procul eliminarent. Prætereà per tristem (proh dolor!) pri-  
mūm orientalis Antichristi, postea truci quoque tyrannide piis  
Petri Waldi, Wiclefi, Hussi, & aliorum piè eruditorum cor-  
reptionibus suppressis, ipsiusmet Occidentalis Ecclesiæ Ponti-  
ficum, furores, novissime Lateranensis & Tridentinæ Synodi  
interventu, immedicable Schisma causarunt, cum luctuoso  
Reipublicæ Christianæ dispendo & discrimine, fraternitatis  
scissurā, & multiplici hostium Ethnicorum, Judæorum, Mu-  
hammedanorum, de discordiâ Christianorum exultatione, illo-  
rumque inde conversionis retardatione Es. LIX. 5, 6. Ezech.  
VI. 8, 44. Jer. XV. 15, Matth. XV. 3, 6.

§. XXVII. Tam infaustum mysticorum Servatoris mem-  
brorum lanienam, ipsis quoque electis DEI Angelis triste & ad-  
versum spectaculum, qui luctuosis suspiriis animitus deflet, piè  
profectò valde & religiose facit: & cùm nil prius habeat, frater-  
næ Concordiæ & reconciliationis studio, diris verò Tridentis

C

norum

norum anathematum fulminationibus , & canone insignitatum Traditionum multiplicibus impietibus retractus, istis non dispunctis, cum Anti-Christo & purpurata meretrice, quin & cum Socinianis & Calvinianis, ceterisque fundamentum fidei & religionis Christianæ, non minus abnegantibus vel labe-factantibus hæreticis , id sine veritatis & salutis dispendio fieri non posse, probè videat, cum aliis tamen, Schismate fundamen-tum non tangente, disjunctis & corrigi paratis, declinata omni Theoninâ scriptio[n]is virulentia, quantum in se, fraternæ com-positionis consultationes devotas non recusat: ut scilicet, salvis fundamentalibus, Christianæ religionis dogmatibus, cum Sa-cramentorum formal i usurpatione, utriusque, id omne, pietatis praxi, cum gratuitâ salutis exspectatione, industriè applicent, curiosis incidentibus quæstionibus, plebi, nec nativi idiomatis scriptis, nec Concionum declamatione prætoriè recensitis: ve-rum unicè Theologorum & quoad disputandi artem ipsorum-que terminorum usurpationem, eruditoru[m], sanâ & sobriâ peri-pateticæ Philosophiaæ scientiâ imbutorum, disquisitioni reser-vatis. Et licet rationes non aspernandæ prohibeant, quod minus indiscretim verbi divini Ministri certantibus Ecclesiis præfici-antur, modò dicteriis abstineatur, & tota fidei professio, pietati-praxi coaptetur, sipientur demum, divino auxilio, conflicta-tiones istiusmodi noxiæ. Eph. IV. 1, 2. Phil. II. 1, 2. 3. Jac. III. 17. Rom. XIV. 10. Eph. III. 6. I. Joh. III. 14, 15.

§. XXVIII. Obscurarunt quoque humanarum Traditionum & superstitionarum Ceremoniarum, necessitatis vela-nâ opinione receptarum, nebulæ, Ruthenorum & Muscovita-rum, Græcorum seu Orientalium Christianorum fidem parte majore amplectentium, mentes: Utut nimirum sacra Scriptura, nulli Laicorum in maternâ linguâ evolvenda negetur, rejectis à Canone Apocryphis libris, sola canonica pro dogmatum nor-mâ, & amissi colatur, Symbola œcumenica, cum quinque Ca-teche-

techeseos capitibus acceptentur, tremendum Sacro-Sanctæ  
Trinitatis mysteriū, seu Deum essentiā unum, & personis esse distin-  
ctum (nisi quod communi Græcorum errore Spiritum Sanctum  
à Patre solo, procedere superque Filio quiescere dicunt: ) Ca-  
tholicè credatur, licet Christi Personam & officium orthodoxè  
venerentur, baptismatis lavacro, lactentes ter, aqua immersi  
formaliter initientur, realis præsentia corporis & sanguinis Christi  
slib utraque specie, pane scilicet cocto azymo, & vino dilu-  
to rubro, in Eucharistiae usu, visibilium elementorum substantia  
permanente, doceatur, peccati Originalis & actualis fordes agnos-  
scatur, Clavis ligantis seu excommunicationis, non in totam  
Ecclesiam, & cœtum civiliter immorigerum, verū quodvis  
individuum, mortaliter & notoriè peccans, evibranda, solven-  
tis item, privatâ examinis inquisitione antegressâ, vim depræ-  
dicent, & nonnunquam usurpent, quatuor novissima, sine ad-  
ditamentis sperent, præterea & Romanum Præsulem, pro  
AntiChristo venditent, attamen adeò tenaciter traditionibus  
& ritibus, ut plurimum ineptis, se mancipant, ut dissentientes  
injuriösè templo & communione arceant (1) immersionem  
quippe baptizandi in aquam in baptismatis actu, tam morosè  
urgent, ut eâ conspersos, velut impuros, fide pristinâ detestata,  
denuò regenerationis fonte initiandos esse, strictè jubeant, &  
subinde vi, ad id factitandum necessitent, (2) horrendam & stu-  
pendam ἐκωνολατρίαν fovent, in imaginum non sculptarum  
aut fusilium; sed pictarum solùm, ubivis multipliciter exposita-  
rum deveneratione, suffituum adoletione, corporis inclinatio-  
ne, & crebrâ crucis pectori impressione (3) Flumina quotan-  
nis bis cum cleri, pallio sacro induti, confluxu, sanctificant (4)  
denatis vitæ testimonium loculo insertum cum rescripto ad  
divos tutelares, communicant (5) Jejuniis etiam multiplici-  
bus sub opinione meriti multis modis insudant, his diversum

statuentes simpliciter damnant, & Christiana fraternitate eximunt. Interim dum id agunt, sanctimoniz professio, & pietatis exercitium, funditus jacet exanimis, propter quid dogmata fidei & Sacra menta suscipiantur, nescitur, quid novus & internus homo, abnegatio lui, & mundi, imitatio Christi, vera paenitentia & oratio sit, vix ac ne vix Primatum quis intelligit, ex plebe inter tot myriadas, & in totâ Parochiâ sâpè ne unus quidem Orationem novit dominicam, & prima pietatis elementa (ea quippe velut levia, cum totâ Catechesi aspernantur) nec à verbi Præconibus coram cœtu tractantur: hinc nil nisi cruce se signare, suffita adolere & jejunare norunt, ingravescientibus hinc inde cumulatim tetricis & damnationi immersentibus delictis.

S. XXIX. Veneranda antiquitas simplicis puritatis amans, omnem lapidem movit, ad fideliter inculcandum religionis finem & usum, ut declinato gloriæ auctorio, de ingeniosâ & subtili scientiâ, in perperam ita venditato, stultiloquio, reapse, verò efficaci, sanâ, & salubri de pietate & iustitia doctrinâ, DEO grata æternum bearetur: hinc liberos ad discretionis ætatem adultos, coram Episcopo & Presbyteris sistebat, ad dilucidè illos erudiendum & simul examinandum, Neophy whole de regenerationis, initiationis, baptismi in ætate infantili collati mysterio seu sacramento, quomodo ministerio Spiritus, sanguine Domini, in ipsius mortem, ad stipulationem bonæ conscientiæ apud DEUM, à peccatorum reatu abluti, fide donati, simul & ad serviendum DEO in sanctimoniam & pietate, obstricti essent, in cuius rei tesseram, ritus & Ceremoniæ nonnullæ, preces, & mediante *zeugothesia*, benedictio annexebantur, quod temporis injuriâ in Confirmationis *xi. non. qnib<sup>9</sup>* ceremoniis & hypothesibus in Papatu peragitur & superstruitur, dainnable, planeque *arquiosi usus*) Sacramentum, soli Episcopo (quasi verò Presbyter & Episcopus in scripturis non essent Synonyma Tit.l. 5. 7.

I. Pet.

I. Pet. V. i.) assignatum, potiori efficaciam ipsum sacramentum baptismi, quo majorem gratiam gratum facientem ad roborandum animam contra Diaboli impetus, conferre dicitur, orbans nefariè descivit: splendidè commemorabantur quoque spectantium coronæ, beatorum Martyrum ob Evangelicæ veritatis *δοκιμασίας* excarnifistorum catalogus, quibus, seculis istis adeò horrendum trucibus & sanguinariis, religiosâ pietate tenerimè imbutis, calcaria addebantur, ad sustinendum tam exquisitum cruciatum. Unde enim quæso tam stupenda constantia, fiducia, patientia, & spes, tot mille myriadibus evenisset, nisi salutaris pietatis cultus, solidè & indefessim fuisset instillatus? Verum enim verò, quemadmodum sedatis persecutionibus, lethales hæreticorum conflictus succedebant, quibus Orientalis Antichristus impostor iste Machomet, argumentum arripiebat, tricipitem suam novam planè superstitionem propagandi, sic laudabilis & utilissima illa consuetudo per certamina & Coronas Martyrum, alios provocandi ad pugnam & constantiam, potissimum à seculo octavo in publicam Idolomaniam, reliquiarum cultum religiosum, & sanctorum invocationem (proh dolor!) scandalosè defverit. Suspiciuntur, etiam nunc quoq; tolerata olim Martyria; verùm singulares & cates fuisse existimatur, quibus Spiritus Sanctus eximia sua dona exercere voluerit, quasi verò non eadem in ordinariis fidei perseverantis donis almi vivificantis DEI Spiritus Cathedram in fidelium Corde extruentis, *έργα* & operatio foret: Verùm dum refrigescit fides & charitas, ac lingua magis in pace, quam corde, Christiani nominis professio multis terminatur, ambiguè & meticulosè causa fidei agitur, hinc soli relicti ad adversitates perferendas, manent inepti, & cum Christo & ipsius Apostolis coram Hannæ & Caiphæ ProtoSynedrio constituti, levij injuriæ sustinenda imparés sunt cui occlamatur Luc. VI. vers. 22. II. Cor. VI. 8. cap. 12. 10. Epes.

C. 5

III. 13.

III. 13. Phil. I. 12. 13. Col. I. 24. II. Tim. I. 7. 8. 12. cap. II. 9. 10. I. Pet.  
IV. 13. 14. 16. 19. Hebr. XI. 36. cap. XII. 1. 2. (I. Cor. I. 18. 21. 23. 1.  
Tim. VI. 3. Tit. I. 1. Rom. I. 17.)

§. XXX. Antichristi (secundum excellentiam) abominationem subit, & Charactetes ab Apostolo designatos, plenissimè ostendit, qui dictatoriâ arrogantiâ, ut & prætoria eminentia, velut supremus Ecclesiæ universalis Monarcha, Judex item controversiarum omniū, suprem⁹ invisibilis & infallibilis, summam clavum & fidei articulos condendi potestatem & cathedram vel præsidentiam in templum DEI sibi sumit. De cetero quisquis vitiosissimarum malignitatum squalore referitus, ut ut non ore, tamen opere Christum inficiatur, & latae portas ad facinorosa crimina pandit, non minus atroce injuriâ Redemptorem afficit. Cum verò vel inde à seculo nono vel decimo tot monstrosæ & famosæ belluæ Ecclesiæ clavem, clavumque occuparint, ut pietatem cathedrâ & ab insulatis exulasse, indubitata veritas & domesticorum ipsis confessio loquatur, quid mirum, tam numerosa opūm aucupia & Telonia fuisse sancita, tot myriadas Christianorum excommunicationis fulmine percussas, interiisse, orthodoxæ veritatis promulgationem cruciatibus & inquisitionibus cruentis suppressam, penique extictam, & piam sanctimoniam carnisque Adamiticæ extirpationem ad inferos improbè relegatam fuisse? Væ turpibus istis fungis! Væ malè perditō gregi! 2. Thes. II. 4. Rom. II. 23. Heb. III. 12. cap. VI. 6. cap. X. 29.

§. XXXI. Cum itaque quælibet disciplina, certum, formaliter sibi proprium, & ad æquatum finem, per media, eò ducentia, intendat & exprimat, eumque verbis, ut fieri par est, emphaticis exornet, ita ut vagi morionis instar, graviter hallucinetur, qui vel nudâ, vel simplici dictione, vel etiam Enunciatione aliquâ, integro contextu excerptâ, eaque censoriâ virgulâ notatâ, rem ipsam affabré quasi perceptam, à se correptam, ponde-

ponderatam, & limatam esse præfactè glorietur: sic etiam non  
satisfaciunt, qui unius ac alterius linguae eruditæ, Crucifixi  
quondam funesto ligno inscriptæ, notitiâ tumidi, Spiritus San-  
cti intentionem Canonicis scriptis declaratam, solâ linguae Phi-  
logicâ Phraseologiâ metiuntur, & ipso legitimato satis ex lo-  
cis manifestis dogmate, ipsoque contextu & scopo susque deq; habito, ad nuda vocabula seu sola signa Grammatica vel criti-  
ca deflectunt. Vim equidem nervosam sæpiùs in authentica-  
rum linguarum verbis latere, quâ *κρησθυότες* uno istu refelli  
possint, negari nequit, & sunt eruditæ nomen sibi vendicanti illæ  
scitu necessariæ: longè tamen adhuc abest à Theologo, multo-  
que longius à Spiritus Sancti in Scripturâ loquentis mente, qui  
nil nisi linguas, nec eas authenticas crepat. Organa q; ippe sal-  
tem Grammaticæ sunt, desiderium pudentia, non verò res,  
multò minus Theologia ipsa. I. Tim. VI. 4.

§. XXXII. Suspicienda hinc Ministerii Ecclesiastici necessitas  
& venerabilis magnificentia scintillat, & quām tremendum  
importet judicium tepidè ipsius Filii DEI loco, tot mysterio-  
rum administratione, cum animarum exitio, fungi: ne verò  
Spartæ abundè satisfactum, & conscientiæ consultum esse exi-  
stimetur, seu conflictatoriâ cum adversariis homiliâ, seu allego-  
ricâ paraphrasi, Patrum vel Ethnicorū quoque sententiis inter-  
polatâ, ad clepsidram declamatâ; ea propter limitatis cancellis  
Dominus Ministrorum suorum functionem arctari voluit, ut  
scilicet: *Solum verbum oris* *sui*, quo efficaciter operari, & de fide  
vitâ & salute, mortales instruere velit, profiteantur; modò  
*Ἄγαμον τύπον* turbatis & pauperibus spiritu, Evangelium de infi-  
nitâ Misericordiâ in unigenito suo Filio, in quo secundum æter-  
num Consilium, beneplacitum & decretum, singula generis  
humani individua, fide finali id apprehendentia, elegerit, & ju-  
stificari quoque velit, quæ instructio expressa est I. Cor. XV. 32.  
II. Cor. III. 6. cap. IV. 5. Eph. III. 6. 7. 7. 8. Phil. IV. 1. & alibi pas-  
sim:

Alterā priori non inferior, imò in praxi prior regula, præcipit severitatem justitiae punientis ~~donum agnoscere~~ explanare, & inde præcepta pénitentia salutaris ad exitii calamitatis, & demolitionis evitatem, exstruere, & solidam pietatis praxin inculcare, Conf. Jer. XXIII. 22. Mal. II. 7. Actor. XXVI. 18, Rom. I. 5. Ephes. IV. 12. cap. VI. 10. 13. Phil. II. 20. I. Tim. I. 4. 5. II. Jac. V. 20. Rom. I. 5. cap. X. 17. cap. XVI. 25, 26. Col. I. 25.

§. XXXIII. Et hunc genuinum necessarium & salutarem usum intendit quoque religiosè particularis Confessio Ecclesiastica, & clavis solvens ante Sacrae synaxeos usurpationem. Non enim sunt ejus propria & absolute necessaria prærequisita quæ avelli & omitti nullo modo possint, multò minùs naturam & essentiam Sacramenti ingrediuntur, nec velut opus operatum characterem & vim imprimunt animæ, ac si, cuicunq; confitenti à Sacerdote minus conscientioso manus imposita. est, & pax dicta, utut Sardanapalo & Epicuro hic sit obscurior & squalidior, necessariò statim coram tribunali divino absolvatur: verùm ut ~~ἀγειθῶς~~ præprimis de suspectis examine, instituto, contritio, fides, & vita emendandi serium propositum indagetur, secularis pravitas, peccatorum gravitas, vindicatrix justitiae Majestas, & venerandi sacramenti dignitas, inculcetur, & manifestè impénitentes omni modo, indigno Mystici ejus cibi usu arceantur: quò etiam spectat, ne odio in legitimum, probum, cordatum, & fidelem verbi divini Præconem (quo, ob ministerii contemptum, nil receptius est) flagrans, ab alio, iuiqui sæpè lucelli causâ, suscipiatur, vel etiam ignotus facile, sine providâ cautelâ admittatur, & ubi vita denato, concio funebris exigitur, sine exquisito & sagaci textus præscribendi sæpè delectu, falsum illi sanctimoniam encomium detur, & verbi Minister, mendacii, cum probrosâ defuncti imitatione, insimuletur. Sunt hæc media, pars non postrema armorum Spiritualium, DEO probatorum, ad destruendum hostilis Goliathi munis-

munimenta & cvertendam carnalem sublimitatem, quæ se extollit  
adversus cognitionem DEI, & perspicuè cuvis indicandam defe-  
ctionem suam, & sic à Placentiniis, generalibus saltem acqnie-  
scentibus, mirificè prædicata gnomæ Prophetica, dic & animam  
liberasti! cum singulariori: si stetissent in consilio meo, & nota fecis-  
sent verba mea populo, avertissent utique eos à via suâ mala, & à co-  
gitationibus suis pessimis, collata, ad quos speciales præcipue &  
individnales actus illud Tò dicere, applicandum sit, luculenter  
innotescet. II. Gor. X. 4. Mich. III. 8. Jerem. XXIII. vers.  
22. Ezech. III. 19.

§. XXXIV. Conscientiam certè, quæ hic est animæ passio, propter illicite admissa, & bona oscitanter omissa, vindictam divinam extimescens, graviter, sauciari, perfuntoriā Ecclæsticæ functionis administratione, mortisque agonem, nullo sive solatio præmunitis, sive pietatis cultu imbutis, molestum maximè fieri, probè notarunt quidam Casuistæ, in primis per aliquot tempora verbi divini Ministerio functi. Communi-  
nissimus quippe horum finis est, Theologiæ praxin à γνώσει, hoc  
est usum à scientiâ, & pietatem ab eruditione, non quidem se-  
parare: sed tamen distinguere, & non rectè illos consuluisse con-  
scientiæ, nec sanæ doctrinæ finem assecutos esse demonstrare,  
qui veritatem nudè sciant, vel propugnare quadantenus no-  
rint, practicum verò eorum usum & exercitium, ad glorio-  
sam, gratiæ divinæ laudem, & filiorum DEI puritatem, justifica-  
tionem, electionem, glorificationem, ignorent: hiuc strictam-  
clavium, & confessionis habent rationem, Sacramentorum  
item dispensationis, ne quod conscientiæ cauterium inuratur,  
expendunt graphicè eminentem inviolati Ministerii Ecclesia-  
stici necessitatem, ne quis, vix leviculæ secularis functionis ca-  
pax, immortalium animarum curæ præficiatur, cui præter a-  
grestem ruditatem, ipsa contaminatæ vitæ spurcities refrage-  
tur. Nullum quippe monstrum tantâ chimârâ est perniciosius!

D

cum.

cum ipse met professum dogma, nec credat, nec juxta illud faciat, & in tantum non Christum, verum Diabolum ipsum, gubernacula ubilibet (proh dolor!) in incredulis & contumacibus tenentem, sæpè præsentet II. Pet. II. 12, 13, 14. Apoc. II. 9. cap. III. 9. cap. IX. 11. II. Cor. II. 16. I. Tim. III. 6. Tit. I. 9, 10. II. Tim. III. 7, 8, 13.

§. XXXV. Illustrem & valdè notabilem hujus gratia promulgarunt Canonem Ephesini I. Oecumenici illius concilii, Patres, quando de Ecclesiæ necessitate esse decernunt, quotannis Synodum provincialem celebrari: signanter dicunt *provincialem*, ne tam quæstiones dogmaticas (ab universa magis Ecclesiâ, quam particulari seu *Provinciali* aliquâ discutiendas) spectasse videantur, quam, *dispositionem, discipline Ecclesiastice felicem ordinationem*, statusque Ecclesiastici convenientem & commodam constitutionem, ut sic, (ut illorum verba referam) de emendandis istiusmodi anomaliis judicetur, in quibus forte ab aliquo perperam quid gestum fuetit: nam, cum de expeditionibus secularibus, consilia provincialia bellica, & urbana splendide ac sumptuosè agitentur, non ut Theoreticè vel propter solam *γνῶσην* politices axiomata trutinentur, & discutiantur: id quippe à Collegio suo alienum Scholasticis committunt *disquisitionibus*: verum, ut communes eas regulas, practicè particulari suo themati applicent, utique eminentioris objecti non laxior vel minor habeatur cura, nec Ecclesia, cœtus Christianus, Sanguine divino redemptus, consiliis (sine quibus tamen nil feliciter expediri potest) venditetur indignus, cum expressum divinum elogium Presbyteros, solertes, sinceros, & fideles Ecclesiasticæ Oeconomias, Consiliarios, Judices, Præsides, Nutrices, Dispensatores, Inspectores, & Parentes, splendide deprædicet: ea propter annuis Synodalibus Conciliis, in quovis cuiusvis Præposituræ diocesano conventu cum divini nominis imploratione, inquirendum esse dictitant,

non

non de juvenilibus Scholasticis subtilitatibus: verum de mediis  
Sanctum Ministerium contra fanaticorum insultus tutandi,  
laxatam disciplinam Ecclesiasticam fulciendi, auditorium  
juxta canones Apostolicos, in Scriptura, exempli causâ Act.  
XX. 28, 29. Epistolis ad Timoth. &c. expressos, & manuductio-  
nem Selectorum Theologorum praticorum instruendi, ac  
verbi Ministrorum exemplari seu reali, & verbali doctrinâ coe-  
tum legitum, Orthodoxè, & feliciter erudiendi. II. Par. XXV.  
5, 16. Esai. XLIII. 28. Cap. LX 17. Jerem. I. 10. Cap. XXIX. 26.  
Obad. I. 21. Zach. III. 7. I. Cor. XII. 28. I. Thessel. V. 12.  
Tit. I. 7. Hebr. XIII. 7, 17, 24. Prov. XI. 14. Cap. XXIV. 6.

§. XXXVI Medullitus tardat, turbat, & inficit Ecclesiam  
felicem successum, qui insultis subjectis eam gravat, & longè à  
tramite, ex DEI consilio & beneplacito quidem spectato, aber-  
rat. Velut fidei finem, justitiam & salutem scilicet, non assequi-  
tur, qui de peccatorum abolitione gloriatur, & tamen à pec-  
cando non quiescit, cum fides pietate stipata non sit sine amore  
& observatio præceptorum Christi, nec Christiani nominis pro-  
prietatem attingit, qui vivi membra, & observantis filii instar  
Servatoris vestigia non premit, Ecclesiastici etiam judicii glo-  
riosam famam perdit, quod ministrorum fidelium & per hos  
ipsius Sancti Ministerii despectum, contra Spiritus Sancti sen-  
sum promovet, quale illud Proto-Synedrium Caiphianum,  
quod nec insonti Filio DEI, infallibilis veritatis Doctori, ipsius-  
que divinitus illuminatis Apostolis præfracte & nefariè peper-  
cit. Es. LVI. 10. 11. Jer. XXIII. II. 14. 32. Thren. II. 14. cap. IV. 13.  
Ezech. XIII. 10. 14. 18. 20. cap. XXII. 25. Os. 12. 5. 6. 8. 9. Zeph..  
III. 4. Mal. II. 7. 8. 12. Rom. III. 22. 26. cap. V. 1. cap. X. I. Joh.  
V. 12. 3. Ephes. III. 19. II. Cor. X. 5. 6. II. Tefs. I. 8. I. Pet. I. 14.  
15. cap. II. 27. I. Joh. I. 7. cap. II. 6. 29. Psalm. CV. 15. Thren.  
IV. 16. Phil. II. 29. I. Thes. V. 12. 13. I. Tim. V. 17. 19. Tit. II. 15.  
Hebr. XIII. 7. 17. I. Joh. IV. 6. Psalm. LXVIII. 13.

§. XXXVII.

§. XXXVII. Suspiciendi itaque munera & Orthodo-  
xæ Religionis, tremenda fidei dogmata amplectentis, finem sa-  
lutarem & explicitum, ut quilibet verbi divini Ministerio se-  
met devovens, consideratè expendat, necesse est, quò virtutum  
indefessus lectator, praxi Theologico - thematicæ potiores o-  
mninò nervos, secundum auditorii captum intendat, viribus  
unitis cum Collegis negotia expediatur, nec inquisitiones seu exa-  
mina, tam juvenum discentium in pædagogiis, quamrudiorum  
in æde sacrâ, negligat. Benedicet Jehovah Ter Optimus Ma-  
ximus fructuoso istilabori uberrimè, cum deploratâ ceteroqui  
quorundam Antistitutum vitâ, & censoriis ingregem sine vitâ &  
praxi propriâ disquisitionibus, populus Christianus manifestè  
in pejus, & extremum luctuosumque exitium ruat! Fortunet  
quaeso, Pater omnis Misericordiæ pios conatus! Psalmi. LXXXIV.  
II. II. Cor. XIII. 4. I. Tim. III. 1. Jac. III. 1. cap. V. 9. II. Cor.  
VI. 3. Phil. IV. 9. I. Tim. IV. 12. Jer. I. 8 17. 18. 19. cap. XV.  
29. 20. cap. XX. 11. Zach. III. 7. cap. IX. 15. Col.  
I. 28. 29. Apoc. XV. 12. 18.

SOLI DEO GLORIA!





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn740874314/phys\\_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740874314/phys_0041)

DFG







non de juvenilibus Scholasticis subtilitatibus:  
Sanctum Ministerium contra fanaticorum i-  
laxatam disciplinam Ecclesiasticam fulcien-  
t juxta canones Apostolicos, in Scriptura, exe-  
XX. 28, 29. Epistolis ad Timoth. &c. expresso-  
nem Selectorum Theologorum practicorum  
verbi Ministrorum exemplari seu reali, & ver-  
tutum legitime, Orthodoxe, & feliciter erudier-  
5, 16. Esai. XLIII. 28. Cap. LX 17. Jerem. I. 1.  
Obad. I. 21. Zach. III. 7. I. Cor. XII. 28. I.  
Tit. I. 7. Hebr. XIII. 7, 17, 24. Prov. XI. 14.

§. XXXVI Medullit tardat, turbat, &  
felicem successum, qui insulis subjectis eam g-  
tramite, ex DEI consilio & beneplacito quiden-  
rat. Velut fidei finem, justitiam & salutem leili-  
tur, qui de peccatorum abolitione gloriatur,  
cando non quiescit, cum fides pietate stipata n-  
& observatio præceptorum Christi, nec Christi  
prietary attingit, qui vivi membra, & obse-  
Servatoris vestigia non premit, Ecclesiastici e-  
riosam famam perdit, quod ministrorum fid-  
ipius Sancti Ministerii despctum, contra Sp-  
sum promovet, quale illud Proto-Synedriu-  
quod nec insonti Filio DEI, infallibilis veritatis  
que divinitus illuminatis Apostolis præfracte-  
cit. Es. LVI. 10. 11. Jer. XXIII. 11. 14. 32. Thren.  
Ezech. XIII. 10. 14. 18. 20. cap. XXII. 25. Os. 12.  
III. 4. Mal. II. 7. 8. 12. Rom. III. 22. 26. cap. V.  
V. 12. 3. Ephes. III. 19. II. Cor. X. 5. 6. II. Tefs.  
15. cap. II. 27. I. Joh. I. 7. cap. II. 6. 29. Psalm.  
IV. 16. Phil. II. 29. I. Thes. V. 12. 13. I. Tim. V.  
Hebr. XIII. 7. 17. I. Joh. IV. 6. Psalm. LXVIII.




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 09A

the scale towards document